

f.  
D. D.

COMMENTARIOLI  
in  
URBANI *Siärnes*  
PHARMACO-  
POEAM  
PORTATILEM MINOREM,  
*PARS PRIMA, et. sola.*

*Quam*

Cum Consensu Amplissime Facult. Medicæ  
in Regia Academia Absq̄ensi,  
publicæ Censuræ  
*Submissis*

PETRUS *Elfwing*  
*Doctor & Profess. Medicinæ Ordinis.*

Respondente

JOHANNÉ ROSS.

Die *xviii.* Decembr. *MDCCLXXV.*

Loco & horis solitis.

ABOË, Excud. Reg. Acad. Typogr.  
ERIC FLODSTRÖM,

*L. Candidaten Walleniu*

S:æ R:æ M:tis

MAXIMÆ FIDEI VIRO  
Regii Dicasterii Gothorum, Regiæ-  
que in Fennonia Commissionis  
PRÆSIDI.

*PERILLUSIRI & GENEROSISS: BARONI*  
Dn. GERMUNDO  
CEDERHJELM,  
MÆCENATI MAXIMO,

*Qui munerum gloria, Summarumque  
Virtutum ornamento Excellentissimus, Summo  
Favore & Benevolentia Musas Absentes, ben-  
e-sunq; Hiæne profecutus fuit, Opellam  
hanc, in Devota mentis tesseram offert,*

EXCELLENTISSIMI PRÆSIDIS

*humillimus Cultor*

PET. Elfwing.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIR,

S. Theol: Doctor, Diœcesis Abo-  
ënſis Epileope & Academia Pro - Can-  
cellarie Eminentiffime,

REVERENDISSIME DOMINE

Dn. HERMANNE.

WITTE,

PATRONE & MÆCENAS  
MAGNE,

**T**ibi, virtutibus ac meritis in Ecclesiam  
Christi consummatiffimo, & favore in assi-  
duos Musarum cultores benigniffimo, The-  
ſes hæc jam pridem Suecico Idiome, ab  
Illuſtri illo Medicorum & Chymicorum Aſ-  
ſiſtite URBANO HIRNE elaboratas, nunc  
Commentariolo explicatas, ceu teſſeram ob-  
ſequii & obſervantia noſtra offerimus,  
REVER. EPISCOPI & PRO-CANCELLARII

humillimi Clientes  
Autor & Reſpondens.

PERILLUSTRI GENEROSISSIMO &  
COMITI ac DOMINO

Dn. CLAUDIO  
EKFBLAD,

COMITI di STOLA;

Academiae Aboensis Rectori Magnifi-  
centissimo,  
PATRONO MAGNO.

SUMME REVER. atq; AMPLISS. DOMINO  
DOMINO

HERMANNO ROSS

S:æ Theol. Professori Primo; Archi-  
Præposito,

nec non utriusque Consistorii  
Adessori Gravissimo,

PARENTI FILIALI REVER. COLENDO.

**P**lane singularis illa, Perillustri Domine Re-  
ctor, omnium ore celebrata comitas, ut & Tuus  
Carissime Pater, in me ceu filium affectus Pa-  
ternus, fecere, ut hunc Ingeniosissimi Principis  
Medicorum atque Esculapit Sveo Gothici sæ-  
tum, Inclutis Vestris nominibus inscriberem,

MAGNOR. NOMINUM VESTRORUM

*humil: Cultor & Filius,*  
JOH. ROSS.

COMMISSARIEN

Able och Högachtade Herrens  
**Her. HANS WITT.**  
**FOOTH,**

Min Högtåhrade Herr Morbroder.

**M**är jag min Morbrors gunst mig  
 nåds til sinnes förer /  
 Mitt hjertas inre skrijn til tacksamhet  
 mig rörer :

Men munnen och min hand / de finna  
 intet ord /

Som kunna swara mot all godhet  
 mig är giord ;

Doch detta til ett prof af wördnad offere-  
 ras ;

Der kraftren icke rå / låt wiljan estime-  
 meras :

All godhet den jag har åtnjutit af Eder  
 hand /

Skal aldrig glömmas bort ell' strif-  
 was i nån sand.

Af des wördsamste tienare  
 JOH. ROSS.

EXPERIENTISSIME DOCTOR,

DNE. PET. HILF W J N S /  
Medicinæ Professor, h. t. Academiæ  
Aboënsis Pro - Rector

et

Regii Collegii Medici Assessor

*Amplissime.*

**S**pem, quam de Tua in magnum illum, dum in-  
viviis erat, Medicum & Philosophum HILF  
W J N S / Filiali pietate, & de Tuo publicæ utilitati in-  
serviendi studio, jam dudum concepi, me haud  
fessisse, magno meo cum gaudio jam compe-  
rio. Illustri namque Soceri Tui voluntari ob-  
temperans, Commentariolum in Pharmacopœ-  
am ejus portatilem minorem, solletter concin-  
natum, & pia Ejusdem Hjärne/ avunculi mei  
optimi, recordatione, & ægrotum comodo  
motus, luci laudabiliter committis. Res sane  
digna, quæ ingenio, multa experiantia; longo  
usu, magnaque doctrina subactis atque polito, in  
acceptis referenda sit. Velim scias, mi Frater,  
hocce Te, solidæ eruditionis & in medicina sum-  
mæ peritiæ documento, cupidos literis, sanitari,  
& Publico litantes, reddidisse Tibi divinissimos.  
Quapropter, in id porro quam diligentissime in-  
cumbe, ut sine mora, reliquæ Operis Tui par-  
tes oculis subjiciantur Eruditorum. & sic mare-  
ries uberrima præbis Literatorum æstimatoribus,  
mihique accrescet, ulterius Academiæ gratulan-  
di,

di, de Doctore & Professore indefesso, ac rema-  
gis & scriptis, quam Verbis, experto atq; explo-  
rato. De cetero, sint Tibi, mi Frater, fata mitiora,  
dies placidi, & res cuncta florentes. Vale! & fave

*Tibi Addictissimo*

*Occupatiss.*

ABOÆ d. 11 Decembr.

1725.

C. J. B. E. R. G. J. O. I. D.

Reg. Dicast. Assess.

AD

EXPERIENTISS. atq; PRÆCLARISSIMUM  
DOMINUM

Doct. PETRUM *ΠΕΤΡΟΥ*

Profess. Medicina in Regia ad Auram Academia  
Celeberrimum,

Et Amplissimi Collegii Medici Assessorem  
Laudatissimum,

PHARMACOPOEAM PORTATILEM  
*Perillustria*

DNI: URBANI *ΗΡΑΚΛΕΙ*  
Typis divulgantem.

Q Vid Tibi cum Fennis, Doctore Celeberrime  
PETRE?

Despectæ est Genti consuluisse scelus.

Nazareth ex Nostro, tamen evolat Is, Medicorum  
Phœnix, HIERNIADES, qui fuit atq; caput.

Co.

Cedere cui certant Podalirius atque Machaon,  
Iasidis Proles, doctaque Coa manus.  
Tantum naturæ Myſtam non viderat ætas,  
Felicem iuuentis, artibus eximium.  
Plurimis hoc monſtrare VIRI liber, atq; labores  
Poſſunt, hoc præſens PHARMACOPOEA docet  
Quam Fennis, Gener Herois non degener  
ELFWING,  
Impertire ſtudes: æquius eſtque nihil.  
Impertire ſtudes Fennis, quod fecerat ille  
Fennus, & ipſe modo Fennica rura colens.  
Fennica, propterea, laudes, ti ampliffime Doctor  
Donec Sol Fennis luceat, ora canent.

DANIEL IUSLENIUS

*L. L. Sacr. Prof. Ab. Eccl. Catb.*

*Fenn. Paſtor.*

---

*Eidem.*

Optima ſic nobis **ELFWING** medicina paratur,  
Dum Magni Soceri pharmaca ſcripta tui,  
Orbis in Arcto, Doctor luſtrando revelas,  
Commoda, laude tuâ, fidus honore tuo,  
Non moritur, vivens ſcriptis, **URBANUS**  
**HIERNE,**  
Vivat in ore tuo, Vivat & arte tua.

**MAGNIFICO DOMINO PRO-RECTORI**

*& Auctori,*

Felicitare calamo applauſit;

**JOHANNES Thorwöſte/**

*Prof. Phyſ. Ordin. Ab.*



**U**RBANUS HÄRNÉ / inter Svecos  
 alter, & Esculapius, & Hermes, eru-  
 ditionis & munerum splendore Celebris & Il-  
 lustris, varia sublimioris ingenii documenta  
 edidit, quæ partim magno cum Republica li-  
 terariæ emolumento lucem publicam viderunt,  
 partim etiam tenebris adhuc obdoluta, ab Or-  
 be Erudito summopere desiderantur. Haud  
 ultimum inter illa locum sibi vindicat scri-  
 ptum hoc, quod Pharmacopœæ Portatilis  
 minoris nomine insigniuit Autor. Pharma-  
 copœa vocatur, quia 40 Medicamenta, se-  
 lecta, & longo usû, probatissima continet, quæ  
 urgente necessitatis telo, adire possunt illi,  
 qui sanitatem florentem conservare, & mor-  
 borum invasionibus amissam, feliciter reci-  
 perare satagunt. Portatilis dicitur; cum  
 eam, & domi servare, & dum iter facien-  
 dum est, sine molestia secum ducere possit  
 quis, sanitati suæ prospiciens. Minor v.  
 quoniam hæc, cum suæ ipsius tum amicorum  
 utilitati destinata, minor est illis, quæ, 100  
 l: 200 Medicamentis instructas, ac publicis,  
 Magnatumque usibus dicatis concinnavit au-  
 tor. Vita & Sanitati suæ consulensibus con-

filium & modum hęc Pharmacopœia, non plurima, sed pauca, efficacia tamen & virtute nobilita medicamenta seligendi, & Methodum ad plagam Septentrionalem accomodatam, illis utendi subministrat Illis, qui Doctore, Chirurgo & Pharmacopo a deficiuntur, & aliquam sibi signorum & circumstantiarum Medicarum cognitionem comparavere, medicamenta sibi acquirendi, & recte usurpandi occasionem dat. Permissosum illum Receptulæ abusum, crumenas agrorum emulgessem, fugiendi viam aperit. Media denique cognoscendi & evitandi fucum, lenocinia & enormes errores Medicastrosum & Circulatoriorum, facultatibus hominum exitiales infidias struentium, & miseros agrotantes, supina ignorantia misere vita privantium, suggerit. Propter utilitatem itaque summam, hanc magni aestimavunt Viri magis & Eruditi, vehementer rogantes, ut in publico commodum, notis illustrata publicam videret lucem. Quam sperant, cum sensitati meæ, ante sexennium B. M. Autor, quem filialis observantia venerabar, injunxerit, pro modulo ingenii tale, quale oculis percipis B. L. contexere comatus fui commentariolum, quod non ex meo, scripta minus polita epulgandi aruitrio, sed ad superiorum, ac Bea-

si Auctoris amicorum voluntatem & nutum publi-  
ce nunc Censura subjiatur. Horum non minus,  
quam meum publico in erudiendi studium, politico-  
ri literatura & morum iustitate ornatissimus,  
Dn: JOHANNES ROSS, quem Mule  
Abocales de optima nota sibi commendatissi-  
mum habent, fovensque, egregie non minus quam  
solerter sublevarit. Ille enim, parentis, glo-  
ria eruditionis, & gravitate muneris Celeber-  
rissimi sius, ut ingenii acuminis flurens, ita  
haud degener, opelle lucem visura & sum-  
ptum, & defendendi laborem impendere non  
dubitavit insignem. Quo, cum de me, de a-  
groto & de Publico bene se meritum reddiderit,  
spontaneo ductu, sub vexillo Apollinis strenue  
instantem, favore & benevolentia incitato B.  
L. ut brevi percipias, quantum virum tam  
candido pectori, tamque cog-nus principis con-  
cesserit natura favor. Si prima haec Com-  
mentarioli, B. M. Auctoris verba idioma te Svo-  
cano tradentis, pars, cuius decentem ornatum  
morbi & res turbida impedire, serena excipian-  
tur fronte, brevi, annuente D<sup>no</sup>, partes lucis  
committentur reliqua, magis forsitan consum-  
ma. Vale!



D. D.

S. 10

**G**eneral Remedier (a) är Vomitiv  
(b), Purgationer (c) Smettdrifwanz  
de (d), Urindrifwande (e), och Dietsstyre-  
kande (f) Medicamenter,

(a) Remedia, Medicamenta, aut Me-  
dia, pro rei indigentia, ex triplici Re-  
gno, *Vegetabili* sc. *Animali* & *Minerali*  
petita, quæ in corpore, *Fluida* minuen-  
do, diluendo, augendo, agitando, coa-  
gulando, resolvendo &c. ac *solida* la-  
xando, stimulando, et stringendo agunt,  
*Generalia*. seu, ut aliis placet, *Uniuersalia*  
sunt & *Specialia*. Hæc, parri& morbo  
speciali curando, (v. g. China in feбри-  
bus intermittentibus, Mercurius in  
salivatione, Æthiops mineralis contra  
vermes &c.) conducunt: Hinc apud  
Medicos, Cephalicorum, Pectoralium,  
Cordialium, stomachalium, Carminan-  
tium, Nephriticorum, Hystericorum,  
Nec.

Nervinorum &c. tituli sonant. Illa v.  
 in toto corpore, corrigenda alterant,  
 superflua & noxia educunt, & defe-  
 ctum supplendo reficiunt. In corpore  
 sanabili hunc effectum edunt medica-  
 menta, dum Medicus, non in modum  
 imperitorum Circumforaneorum &  
 Medicastrorum, incongrue, incaute, &  
 sine fundamento illis mediis utitur; sed  
 quam, prudenter observatis .i. octo R.  
 bus sanitatem disponentibus, 2. Sex rebus  
 non naturalibus, quæ pro diverso ear-  
 um ulu, tam ad sanitatem, quam ad  
 morbum producendam certissima sunt  
 media, 3. morbo, ejusque 4. signis, 5.  
 statu, 6. Causis & 7. Symptomatibus,  
 8. an aliquid agendum, 9. Quid agen-  
 dum, 10. Cum methodo, per Rationem,  
 Experientiam, observationes accuratas,  
 monita & consilia, Optimorum medi-  
 corum comparata insistendum sit, per-  
 specte & accurate perpendit.

In numerum remediorum universas  
 lium refert autor (*b*) Vomitorium seu Eme-  
 ticum, quod, partim mole & pondere,  
 partim aculeatis suis particulis, Venti-  
 culi fibrillas nerveas vellicat, ac violen-

rer ferit; ut motus ejus Peristalticus, auetus, & ad convulsiones majores l. minores excitatus, musculis Respirationi interservientibus, propter contentum sese contrahentibus, contenta stomachi, cum tremore, vociferatione, & abdominis contractione, per Guttur & os expellat & rejiciat.

Vomitoria, ratione *Effectus*, dividuntur in *mitiora*, quæ, faucium irritatione copiosa cibi & potus ingurgitatione, aqua tepida, & ingestis oleosis excitantur: *Fortiora*, v. g. Nicotiana, Gummi Gutta, Rad. & fol. Alari, Cort. Frangul. & sambuci, Ova formicarum, Turpeth Minerale, Aq. B. nederf. Rulandi, Syr. Emericus Angel. Salæ, Tarrarus Emericus &c. quæ frequentius & cum majori l. minori dolore operantur: *Drastica*, v. g. Radix & semen Cataputia, Heileborus albus, & ex Mercurio præparata, quæ, cum operationem, atrocibus doloribus, & convulsionibus horrendis edant; summa cum circumspectione, robustissimis tantum subje-ctis propinanda sunt.

Vomitoria, quæ tam Ventriculo,  
qua-

quatenus eum ab humorum sentina, aliisque noxiis assumptis liberant, quam toti corpori, concussione referando ejus obstructions, & eliminando causas morborum occasionales, proflunt, v. g. in Febribus Intermittentibus, & in Ardentium, sine interna inflammatione, principio, ne plus detrimenti, quam adjumenti adferant; necesse est, ut, in morbos Emetica non admittentes, in dosin, & regimen inquirat Medicus. Horum morborum in seriem, a Medicis referuntur: *Capitis affectus* per essentiam v. g. Apoplexia, vertigo, memoriæ & oculorum debilitates; *Pulmanum vitia*; v. g. Hæmoptysis, & aliæ hæmorrhagia: *affectus Convulsivi*; v. g. Hysterica passio, singultus: *Abdominis tumores inveterati*: *Partium internarum Inflammationes*; v. g. Pulmonum, Pleuræ, diaphragmatis, Ventriculi, Renum &c. *Contabescencia, nimia virium debilitas, Hernia, ani proidentia, nimia Obesitas, morbi gravidarum & recens natorum &c.* Dekkers Exercit. pract. C. 4. Hippoc. Aph. Sect. 4.

*Dosis, constitutioni assumptis sic ac-*

commodata; nam exigua, nauseam, anxietates, singultum, & tormina produ-  
 cens, haud operator: Nimia vero,  
 quæ rectius venenorum, quam medi-  
 camentorum classi inferenda est, cum  
 animam fere ipsam e corpore expel-  
 lat, naturæ sensum nimis irritando,  
 gravissimos moros sæpissime excitat.  
 Nent. Introd. p. 68.

*Regimen* monet, ut 1. *ante* vomitum,  
 stomachus ab alimentis sit vacuus &  
 alvus Laxa; digestivumque vid. §. 2. *ale-*  
*sumatur*: 2. *sub* vomitu, juleculum  
 blandum & calidum bibatur, motus  
 mediocris infatuatur, somnus & fri-  
 gus evitetur, & animus sit hilaris: ac  
 3. *post* peractum vomitum, ut, ore &  
 faucibus aqua vel vino collutis, Ven-  
 triculus jam debilis, juleculo confortan-  
 te reficiatur, & vires quiete & somno  
 relocillentur. Qui trigidis tum indul-  
 get, anxietates, tormina, & hypercathar-  
 sin, deliquia item animi & convulsio-  
 nes pati sæpissime cogitur.

(c) Purgantia, seu Cathartica, quæ  
 a Medicis dividuntur in *Laxantia* &  
*Purgantia*, Illa, Lenitiva etiam, minora-  
 ti-



riva & stercoraria dicta, l. acredine sua blandiori intestina, eorumq; glandulas vellicant, l. vias excretioni dicatas lubricant, l. compagem humorum crassiores incidunt & solvunt; ut sordes excrementitias, & serum superfluum, sine molestia & dolore eliminant. Ad hunc scopum obrinendum, prunis, passulis, ficibus, Cremore Tartari, Tartaro Vitriolato, oleoq; amygdalarum dulcium, utuntur Medici. Hæc autem, scil. Purgantia majori & fixiori pollent acredine, contenta in primis viis viscidida incidente, motum intestinorum peristalticum, vellicatione fibrarum tubi intestinalis promovente, ad seri eructationem, glandulas intestinorum irritante, humores crassos liquidorum resolvente, & ductum Cholidochi ad excretionem bilis & succi pancreatici stimulante; sunt ratione effectus: 1. *Blandiora*, quæ alvum aliquoties, sine magno incommodo movent. Ad hæc pertinent Tamarindi, Manna, pulpa Cassiæ, polypodium: 2. *Fortiora*, dejectiones plures, cum sensu doloris excitantia. Qualia sunt

sunt : folia Iennæ, Rhabarbarum, Radix Jalappæ, Diagridium, Trochisci Alhandal, Tabacum, massæ pillulares purgantes, Helleb. Niger, Mercurius dulcis &c. 3. *Drastica*, v. g. Cataputiæ & Ricini Americ. grana, Helleborus albus, Elaterium, Esula &c. quæ, cum dolore & insigni corporis turbatione violenter operantia, robustissimis saltem constitutionibus, & quidem raro, exhibentur. Superstitioso selectui antiquorum, purgantia *Phlegmagoga*, tantum pituitam, *Cholagoga*, tantum Bilem, *Hydragoga*, tantum ferum, *Melanagoga*, tantum Melancholiam, & *Catholica* cujuscunque constitutionis liquida expellere adierentium, non quidem subscribo; omnem tamen selectum non rejicio, cum unius texture & effectus non sint omnia purgantia, constitutiones hominum diversæ, & in statu non naturali circumstantiæ mirum in modum variant. Ne Medicastri & loquaces Circumforanei, abusu enormi purgantium innocentes in vitæ discrimen (quod magna cum animi commotione sæpiuscule persepi) præcipitent, eos

morbos, qui suspectam & minus tu-  
 tam reddunt hanc aleam, adducere  
 lubet. Eorum in numerum veniunt:  
*Hæmorrhagiæ* graviores, quæ purgan-  
 tium stimulo & agitatione exacerban-  
 tur, Broen. in Prax. Reg. p. 594. *In-*  
*flammationes* partium internarum; cum  
 exinde inflammatio augeatur, & gra-  
 via symptomata excitentur. Forest. l.  
 16. sc. 33. Hippocrat. de Veratri usu  
 & victu acutor. *Tussis sicca Catarrhalis*;  
 quia humores magis excitantur,  
 & acriores redduntur; unde ulcus pul-  
 monum &c. Hippocrat. de Morb. l. 1,  
 Text. 10. *Tabes & Atrophia*: quibus si  
 supervenit fluxio capillorum & alvi, *Le-*  
*thale*. Hipp. aph. 8. s. 4. *Vertigo*: Hipp.  
 Prædict. l. 1 r. g. *Fibræ ardentes* in in-  
 cremento & statu, Broen. p. 385. *Ma-*  
*lignæ, Contagiosæ, Pestis, Variolæ, Puro-*  
*pura &c, Dolæ*: Encyclop. Med. &  
 Manger. Bibl. Med. *Singultus*: quia acria  
 eum excitant. Hip. §. 4. s. 5. *Initium*  
*Melancholiæ Hypochondriacæ*: cum  
 corpora primum reddenda fluida, &  
 dein purganda. Hip. §. 22. s. 1. *Fluxus*  
*alvi* diu durans: quia acridimen, an-  
 tea

rea stimulantem, auget & acuit, languorem summum inducit, & mortem accelerat. Videantur Practici. Pethorici, Emaciati, Herniosi, Obesi & gravidae, Summa cum cautione assumant Cathartica. Conf. Hippocrat. Aphor. Sect. 4.

Assumendæ purgationis *Tempus*, designat *necessitas*, moram, dum indicatio jubet, & contraindicatio haud vetat, non ferens; & *commoditas* præservationem respiciens, ac tempus inprimis vernale & autumnale, cum & nimius æstatis calor, & heic terrarum sæviens hyemis frigus, l. resolvant nimis, l. condensent, postulant. De purgantium regimine (quod tere idem est, ac circa vomitoria) delectu, dosi, &c. necessaria quidem tradit libellus meus sub titulo: Kort anledning för en Hus-hållare på Landsbygden &c. *Moderamine* tamen ratione, velim sanitati hæc consulentes sciant, Medicatros fortioribus purgationibus, in viscera hominum sævire, eosq; sæpiuscule occidere. Tantus enim est horum hominum stupor, arrogantia, & bruta temeritas,

tas, ut a perdendis hominibus mature  
 avocari mercantur. Parrant latrocinia  
 ( verba sunt Historiæ Morb. Uranillav.  
 An. 1699. ) quoties hi, purgationibus  
 suis vehementissimis, hydropicos, &  
 obstructionibus laborantes torquent;  
 cum iis cordati Medici, digestivis & a-  
 perientibus subvenire possent. Hæc  
 aureum illud Hippocratis, locum habet:  
*Plurimum est repente evacuare, periculosum:  
 Omne siquidem nimium, natura inimicum.  
 Paulatim vero quod sit, tutum.* Aph. 51. sec. 2.

(d) *Sudorifera* seu *Diaphoretica*. Hæc li-  
 quida diluendo, agitando, alteran-  
 do, incidendo & propellendo ad-  
 glandulas subcutaneas, laticem serosum,  
 sub forma udoris aut sudoris segregan-  
 tes & expellentes, i. resistantiam in va-  
 sis cutaneis secretoriis laxando, opus  
 suum moluntur. *Media Externa & In-  
 terna* huic effectui interservire, docet ex-  
 perientia. Inter illa, lotiones, frictio-  
 nes, vapor aquæ calidæ, tepor lecti,  
 morio rite instituta, ær calidus, bal-  
 nea &c. numerantur. Ad horum v. clas-  
 sem spectant: 1. *Potus liquidi fervidi*;  
 e. g. Thee, Caffè, Chocalada, Cerevi-  
 fra

sa fervida cum aromatibus, Infusum  
 Veronicæ, vel aliarum Regni Vegeta-  
 bilis specierum; Anglorum Pouns &  
 Philip; Dalekarlorum Lac, cum allio  
 coctum &c. 2. *Acria Aromatica*: v. g.  
 Radix Angel:, Contrajer:, Gantian: Le-  
 vistic:, Petafitidis, serpent: virgin: Vale-  
 rianæ, Taraxac. Zedoarias. Herba Ab-  
 sinth: Card: Benedict. Calendulæ, Cen-  
 taur: min: Cochlear: Fumariz, Ori-  
 gani, Scordis, Scorzonæ. Tormentillæ,  
 Thym: Ruthæ 3. *Salia fixa*: v. g. sal.  
 Absinth. Centaur. Min. Fumar: Fra-  
 xin: Tartari. *Volatilia*: Sal succini,  
 Cornu Cervi, Lumbricorum terrestr.  
 Viperarum. Urinæ, ☉ salis Armoniaci  
 &c. *Salia*: v. g. Arcanum duplicatum,  
 nitrum antimoniatum, mixtura simplex  
 Tinctura Bezoartica, liquor Cornu  
 Cervi succinates &c. 4. *Terres*: v. g.  
 Lapides Cancror. Corallia, mater per-  
 larum, margaritæ, lapides Bezoartici,  
 Terra sigillata, Bolus, Cornu Cervi u-  
 stum & Philosophice præparatum. An-  
 timonium Diaphoreticum, Ipecificum  
 Cephalicum, Cinnabaris antimonii &  
 nativa, flores sulphuris &c. 5. *Anodyna*  
 v. g. Theriaca, Michridaticum, Orvieta-

num, Dialcordium Fracastorii, opium, Laudanum Opiatum, Laudanum liquidum & hystericum, &c. Cum itaque hæc diaphoretica, diversis, in corpore modo diversis operantibus, principis consent; omni cura, pro varia eorum textura & constitutione allaborandum, ut selectus, dosis, tempus assumendi, & formula concinnandi, ratione indicantium accuratissime observentur, ne in ipsas mortis fauces precipitentur ægrotantes.

(e) *Diuretica*, seu urinam pellentia: quæ parum deficiens in liquidis serum restitunt: v. g. porus largior, Thee, Caffè, acidularum, Thermarum, aquarum destillatarum aperientium, Cerevisiæ bene coctæ & defæcatæ; partim organa, urinæ excretioni dicata, stimulant, & dyscrasiam vitcidam & crassam attenuant & solvunt; partim etiam Urinæ excretionem impediens pro diversa eorum constitutione remouent. Ad illa spectant herbes antiscorbuticæ acres: Rad. Apii, ononidis, Petrosilini, Saxitragiæ; Baccæ Lauri, Iuniperi; sal. stipitum tabarum,

Genistæ, Ammoniacum, Nitri, ejusque præparata, Tartari ejusque præparata, Terebinthina, succinum, lap. Cancro-  
rum, Balsamus Indicus albus & niger, Copajvæ, præparata a Lumbricis, millepedibus & Cantharidibus, Lap. Nephriticus &c. ad hæc vero, pro diversitate causæ, pertinent diversa: Resolventia sc. , antispasmodica, refrigerantia, repellentia, blanda anodyna, Temperantia, corrigentia, Nephritica, & Lithontripica, &c.

Cum itaque Diuretica, pro variâ suâ crâsi, solida & fluida, quæ jam humectant, jam refrigerant, sejungunt aut componunt, minuunt, augment & agitant, diversimode adficiant; non mediocris cura, in ipsorum utum, naturæ labefactatæ conducentem, insumenda est Bellin. de mil. Sangv. p. 226.

(f) *Cordialia, Cardiaca, Analeptica, Comfortantia*, non Cordis tantum, prout existimaverunt Veteres, sed totius etiam corporis vires restaurant; restituntque. Hoc præstant i. *Nutrientia*: v. g. Lac, Ova torbilia, Juscula gelatinosarum & succulentarum carniùm, E-  
mul-



multiones nutrientes &c. quæ liquidi  
 in corpore sani defectum suppleant.  
 2. *Adstringentia*, v. g. Pyra Cydonia, Cort.  
 Granat. Fossilia austera, Boli, Vina au-  
 stera &c. quatenus fibrillis flaccidis &  
 resolutis tonum & firmum naturalem re-  
 stituunt. Dum acidum peccans langvo-  
 rem producit, 3. *Antacida*: quæ acidum  
 obtundunt, diluunt, immutant & absor-  
 bent. Boerh. Mat. med. p. 21. Cum vero  
 causa langvoris Alkalina est indolis. 4. *Al-  
 kali corrigentia*: v. g. Farinacea, lac ac-  
 idum, serum lactis, fructus maturi  
 acido dulces, ut Cerasa, ribesia, mo-  
 ra, fraga, Bacc: rub: Junci. melones:  
 5. *Refrigerantia* & *Nitrata* &c. si debili-  
 tas æstui febrili natales debet. 6. *Purgan-  
 tia*, *Diaphoretica* & *Carminantia*; si  
 cruditates & flatus in causa sunt. 7. *A-  
 nodyna*: v. g. Opium, ejusque varia præ-  
 parata, Crocus, in substantia & infuso,  
 Papaverina &c. dum debilitas ab Agry-  
 pnia oritur. 8. *Stimulantia* & *Excitantia*;  
 dum Oscillatorius solidorum, & Undu-  
 latorius fluidorum motus diminutus,  
 langvori aperit januam. Ejusmodi sunt:  
 aromata, vina, spiritus destillati, Con-  
 fectio-

fectiones & aquæ Cordiales, salia volatilia, olea aromatica, Spirituosa, Ambrata, Balsami &c. Reliquorum Cordialium catalogus videatur apud Auctores. Cum itaque pro caussarum, langvorem producentium, diversitate, constitutionis diversæ sint *confortantia*; necesse omnino est, ut in præscribendis & propinandis Cordialibus, accurata causæ habeatur ratio; ne loco medicamenti, vires reficientis, medium easdem, in ægroti irreparabile damnum, exhauriens exhibeatur. Hinc autor: Man seer ofta med förundran / förret och ångslighet huru oförståndigt / utan stillfång / gifva Diarreståmgar / som bifordra den Sjuka til gräfven.

## §. 2.

**P**ulvis (a) Digestivus (b), Laxerande digestiv pulver, är godt at taga inn (c) aften tillförende (d), när man om morgon vil purgera (e). Elliest är det och i förstoppelse ett lindrigt Laxativ (f).

(a) Tragea, teif & alcohol interdum  
di-

dictus, ab aridis & siccis corporibus, contusione & tritura paratur, & in officinis, sub nomine pulveris simplicis l. compositi, alterantis l. purgantis prostat.

(b). Quia incidendo, resolvendo, temperando & movendo viscidos, acidos & austeros primarum viarum humores, eos quasi digerit & præparat, ad subeundam faciliorem eliminationem. Basis hujus digestivi est Tartarus Vitriolatus, quem Hartmannus digestivum universale vocat.

(c) In Cerevisia tenui calida, vel ferculo Svecice Öblostivugle dicto. Dosis a. pro ætate, constitutione &c. varia est; sc. a. gr. 15. ad ʒʒ. l. ʒ. h. e. isran ett stecudeis ell haif / eller helt Qwinin.

(d) Idque, ne vitiosi & crassi humores dejectionem impediant; ne dolores distendentes & pungentes, præcordiorum anxietates, suffocationes & tormina, ægrotos vexent; ac ne vim purgantia, quod magno cum assumentis damno & periculo, sæpenumero contingit, dyscrasia hærens castret.

(e) Hoc docet Celsus, dicens: *ubi ab*

20  
inferiore parte purgandus aliquis est, viam  
eam ejus solvendum esse, perpetuum in o-  
mnibus morbis est, Lib. 3. c. 18 Hoc Hip-  
pocrates §. 9. l. 2. jubet, inquiens: Cor-  
pora dum quis purgare velit, ea fluxilia fa-  
cere oportet. Eapropter pulvis digesti-  
vus, Vomitoriis etiam præmittitur. Ob-  
servent hoc agrotantes, dum purga-  
tiones suas incaute commendant Medi-  
castri.

(f) Quia crassa, in primis viis hæ-  
rentia resolvendo, & intestina leviter  
stimulando, agit hic pulvis.

§. 3.

**P**ulvis Emeticus (a) eller Vomitiv-  
pulver, förorsakar utan någon häf-  
tighet 1 2. eller flere upkastningar (b),  
uti Gråsa (c) eller andra sjukdomars  
(d) begynnelse (e).

(a) Basis hujus pulveris est Tartarus  
Emeticus, a Vitro Antimonii, Nitro  
crudo & sale Tartari purissimo, cum  
aqua, methodum subministrante, Phar-  
macop. Holm. p. 173. præparatus. *Anti-*  
*monium* est substantia metallica solida,  
ter-

terram, sal alkali, sulphur copiosum, & Mercurium metallicum Saturnium in se continens, coloris plumbei, odoris & saporis evidenter expers, quæ ex venis metallicis Hungariæ, Misniæ, Bohemiæ, Galliæ & Regni Siam eruta, a Medicis hodiernis, variis modis præparatur, & ad plurimos morbos curandos in subsidium vocatur. Inter hujus, in quo sanationem, omnium morborum late re docet P. J. Faber. Secret. Chym. l. 3. c. 9. præparata celebriora sunt: Vitrum Antimonii, Crocus Metallorum Antimonia Diaphoretica varia, Flores, Regulus, Scorix, Tinctura, Clyffus Antimonii, Bzoarticum Minerale, Tinctura Antimon. Tartarizata, Sapa Vomitoria & Tartarus emeticus. De Nitro videatur §. 13. de Tartaro autem, §. 6. Hæc inter se s. a. mixta & conjuncta, Tartarum Emeticum, spiculis suis antimomialibus ventriculi tubicæ vellicando & stimulando, vomitum excitantem constituunt.

(b) Ut hoc modo, sine molestia & dolore gravi, vomitio absolvatur, e re est ut sequens auctoris monitum pro-

be attendatur: Tages 1. pulver i såne  
 der/ och slås ut i ett öblglas med wafle/ står öf-  
 wer natten/ sedan silar man genom ett tätt klä-  
 de/ och dricker så wafstan. Ju mera wafle/ ju  
 mera opererar det. En ung manuskris om 12  
 åhr/ tager ett litet öblglas fullt. En fullwäxt/  
 ett stort öblglas fullt/ eller i Quartet wafle.

(c) Ephemera, sc. tertiana & quarta-  
 na: in quibus Ventriculus, Cœditati-  
 bus laborans, a lentina gravante debet  
 levari; ut medicamentis via facilius o-  
 perandi pateretur, & febrium sympto-  
 mata mitigentur. Vomitorum in ipso  
 febris paroxyimo non est propinan-  
 dum, cum vires exinde insignem in-  
 modum profternantur, & paroxy-  
 imus exacerbetur; sed potius ante vel  
 post paroxylum. Dek. Exercit.  
 Pract. Cap. 4. Hinc autor: Då är  
 bäst wid den 2 eller 3 paroxylum, 5 eller 6  
 timar för honom/ taga in Vomitiv, och sedan  
 feber-drivande Medicamenter in mot Paroxy-  
 lum. Men i Quartana är rådeligast/ at intet  
 genast ställa henne/ utan låta så schyrtligen gå  
 5 = 6 weckor/ och sedan bruka Medicamenter.

(d) In quibus vomitoria non sunt Contrain-  
 dicantia, vid §. 1.

(e) Ut morbi causa, præprimis in  
 Ventriculo & visceribus locis hospitante,  
 sub

sublata, medicamenta assumenda facilius effectum suum, in restitutionem ægri, edere queant.

§ 4.

**P**illulæ purgantes (a) eller purgerande piller, afföra (b) den orenlighet/semachtighet/ starkhet och annat (c) / som dels plågar magen och tarmarna (d / dels och förorsakar Sjukdomar i buströmdet och andra kroppens delar (e).

(a) Pillulas Ruffi, Polycrestas, Usuales & Catholicas, illis, qui constitutionis sunt debilioris, eximio Encornio commendat autor; Robustis vero, ac majori dyscrasia opplentis, has pillulas, in quibus Massa pillularis Cochiarum a Rhafi inventa, primas tenet, magis conducere adierit; cum eas, sine molestia atque vehementia, Fennorum, Dalekarlorum, Montanorum, & aliorum robusta corpora, majori cum efficacia purgare, compertum habuerit. Ejusmodi edunt effectum, når man tager inn i anseende til åldren / Constitution, och träfferen / 7. 9. 11. eller 13. stycken piller i skåder / uti warmt dricka / warm soppa eller öhl-  
 östwasplet om morgonen på fastande mage; och  
 dric-

bräcker sedan) när de begynna at operera, något af samma slags Soppor där uppå.

(b) De hujus expulsionis organis, causa, & modo, antea brevibus dictum est.

(c) Cruditates putat & lumbricos, in primis vis itagnantes, nidulantesque, dyscrasia, massam sanguineam inquinantē, hanc exciula. *Cruditatis* autem ejusmodi est imprimis *Pituitosa*; pondere, dolore gravativo & inflatione ventriculi se manifestans: *Nidoreosa*; cum oris amaritudine, cardialgia, nausea & ructu biliolo: *Acida*; ructus acidus, ac murmura & rugitus in abdomine producens: & *Mixta*; dum recensita signa concurrunt. Lang. Prax. Med. c. 2.

(d) *Ventriculi* morbos: Anorexiam sc. Bulimum, appetitum depravatum, cardialgiam, Ructus, Inflationes, Sordam, Nauseam, Vomitum & Choleram excirando: & *Intestinorum* mala; Lienteriam puta, Cœliacam, Diarrhœam, Dysenteriam, Colicam, Iliacam & Vermes producendo.

(e) Dyscrasiam liquidorum, Capitis dolorem, aliosque morbos causari,  
non



non inficias ibit, qui noverit hanc fecundissimam obstructionum matrem, horrendam illam prolem eniti, quæ Cephalalgia, Apoplexia, Epilepsia, Phrenitidis, Lethargi, Convulsionis, Hemiplegia, Catarrhi &c. nomine nota est. Nonne Asthma ab obstructione organorum respirationis? Unde morbus regius, nisi ab obstructione vasorum, bilem secernentium? Unde Nephritis, Ischuria, Malum Hypochondriacum, Hydrops, Scorbutus, Tumores & Inflammationes &c. nisi ab obstructionibus partium solidarum? Fernel. de his morbis.

## §. 5.

**M**ixtura simplex (a) brukas nar man vil drifwa swett (b)/ uti allehanda febre (c)/ särdeles i Maligne (d) och smittosamma sjukdomar (e).

(a) Magnum illud Chymia decus Paracellus, hanc, quam spiritum diatrion & Mixturam de Tribus alii appellant, a spiritu Tartari volatili, Spiritu Vitrioli volat: & spiritu Theriacali Campho-

ratio primum paravit & posteritati reliquit. De Tartaro vid. §. 6. *Vitriolum a.* est sal minerale, coloris ex luteo viridescens, saporis austeri & summe nauseosi, variis præparationibus & usibus medicis interveniens. Hoc analysi Chymicæ subjectum, spiritum acidum, terram, particulas metallicas, ferreas sc. l. æneas, l. utrasque, & portionem sulphuris exhibet, in spiritum fixum & volatilem, Colcothar, Oleum, vitriolum vomitorium, Tincturam sulph. vitriol. Tartarum vitriolatum convertitur, & variis idcirco indicationibus, sc. coagulationi, resolutioni, vomitioni excitandæ, sudori movendo, & obstructionibus reserandis intervit. Compositionem Spiritus Vini Camphorati: Zwelfero, Mantiff. Hermet. p. 748. teste, ingrediuntur (a) *spiritus vini rectificatus*, de quo in disputat. mea nona, pro Regiis Alumnis actum est. (b) *Theriaca Veneta*, de qua §. 8. (c) *Mirra*, quæ substantia est gummoso resinosa, ex arbore, cujus exacta cognitione (quod mirum est) destituuntur Botanici, exstillans, in glebas ex flavo ru-

felcentes, l. magis albicantes redacta,  
 odore fragrante pollens, spiritum aci-  
 dum & oleum foetidum exhibens, pu-  
 tredini, contagioni, pestique resistens,  
 sudores eliciens, menstrua movens, &  
 hystericeis succurens. (d) *Crocus*, & (e)  
*Camphora*, de quibus infra. Hæc, di-  
 versis principiis activis pollentia, mi-  
 scentur, & facto conflictu, intime con-  
 junguntur, ut exinde sal emergat eni-  
 xum, quod solida stimulat, & hetero-  
 genes in fluidis, l. diluendo, l. coa-  
 gulando, l. corrigendo, l. destruendo  
 alterat, & ad peripheriam corporis ex-  
 pellit; dum assumitur isran 20 til 30  
 droppar i Wijn/ dricta / eller något  
 swettdrifwande wate.

(b) Morborum, qui diaphoresis in-  
 dicant, mentionem, partim hæc, par-  
 tim in sequentibus facit autor. Minus  
 autem diaphoresis utilis est in Plethi,  
 Polypo Cordis, Doloribus fixis artuum,  
 Cacochymia crassa, ubi liquidum l.  
 exiguum est, vel deficit. Dek. p. 606.

(c) In intermittentibus & continuis, He-  
 tica febre excepta, in qua acidum  
 pec-

peccans, antacidis corrigendum & obtundendum est,

(d) Febres malignæ, cum ob causam deleteriam, tum ob atrocitatem symptomatum sic dictæ; Sese namque in his sistunt sequentiæ: Mox ab initio levis horror. Subsequitur ræro calor magnus: pulsus frequens, debilis, inæqualis; intermittens, aut deficiens: adest sæpius sopor, corporis inquietudo, Cardialgia, nausea, delirium, capitis dolor, sitis major, membrorum lassitudo, hæmorrhagiæ, maculæ in corporis superficie, & tumores in glandulis. Extrema aliquando incalescunt, aliquando frigent iterum. Sudores l. copiosi, l. nulli, a quibus ni leventur ægri, præsertim quando illi arte provocantur, conclamatum est. Marggraf. Prax. Med. tab. 16. Sic autor: Uti Glæck-Seber och andra Maligne febrer, gifwes Mixtura simplex i drickal och det ibland 10. Dråppar Liquor Cornu Cervi Succinatus hwar gång. Uti brånsjuka gifwes Mixtura simplex i drickal 2. 3. gånger om dagen i särdeles i begynnelsen. Item i Wåsting och Skopporne.

(e) Non heic Pthisis, Luem Veneream,

ream, scorbutum &c. alios contagio  
adfacientem; sed febres præsertim con-  
tagiosas, in sequenti §. nominandas, in-  
telligit Autor.

§. 6.

**T**inctura (a) Bezoartica (b) Nobilis,  
eller Edel Bezoartinctur, öfvergår  
den eljest brukelige i många stycken /  
och är kostelig i allehanda förgiffrige  
sjuksdomar (c) / heftiga febrer (d) / smit-  
tosam blodseot (e) / Stung (f) / alle-  
handa Stjälswoer (g) / uti Colica (h).

(a) a tingendo; quia in præparatio-  
ne & extractione, ab admixtis tingit-  
tur menstruum.

(b) In modum enim Lapidis Bezoar  
venenis & morbis contagiosis resistit.  
Modum, quamvis nonnihil discrepan-  
tem, hancce ex Vitriolo, Tartaro,  
spiritu Bezoartico &c. parandi, Ma-  
gnus illi Lipsiensium Professor & Do-  
ctor Joh. Michaelis, in Polycrestis medi-  
cis exhibet. Cum in superiore §. de  
Vitriolo breviter dictum sit, de Tar-  
taro jam scire convenit, quod sc. ma-  
teria sit crassa, terrestris & lapidea,  
per

per fermentationem a vino l. albo l. rubro (unde Tartarus albus & ruber) separata, quæ e dolis, quorum parietibus adhæret, collecta, varias præparaciones pharmaceuticas, pro usu, imprimis resolvendi medico, lubit. Hinc Tartari Cremor, Cryſtalli, ſpiritus ſimplex & compoſitus, ſal, oleum perſiliq: Magiſterium, Tinctura, & alia, v. g. Tartarus vitriolatus, Tartarus Emeticus, & liquor Tartari ſpleneticus &c.

*Spiritus a Bezoartici*, ex Radicibus, Herb. flor. ſemin; Corticibus aperientibus & alexipharmacis, atque Theriaca & Camphora compoſitionem, quæ in omnibus, cum illa, quam tradit Pharmacopœa Holm. non convenit, cum Philatriſi idem J. Michaelis communicavit. A Mixtura ſimplici differt hæc Tinctura, ratione ſpirit. Bezoart. & Vitrioli, cujus quantitas in hac eſt major: Quapropter in morbis, qui acidum magis præponderans requirunt, curandis, hæc majorem edit effectum, när den tages från 20 till 30 1a 40 droppar/ uti drickes eller något ſweetdrifwande wæn.

(c) In peste nimirum & febribus, a miasmate contagioso originem ducentibus. Item emot sörgift och skadellig smitto. In dolore capitis, palpitatione cordis, grumis sangvinis dissolvendis, febribus puerperarum, Intermittentibus, continuis & malignis: Breviter ubicunque sudare opus est. J. Mich. p. m. 638. Uri Fläckfeber och andra Maligne febrer, brukas Edel Bezoartinctur, fördeles emot det fläckarne böria fluthi och Continueras ofta om dagen &c.

(d) v. g. in Febri Ardente eller Bränstuf / då man kan / när 3 eller 4 dagar äro förbū / gifwa Diasecordium 2 gånger om dagen / och i flället för Mixtura simplex; Edel Bezoartinctur 20 droppar. Uri Måsting / febribus remittentibus, continuis och Fluss-febter, gibr denna Tinctur en god wärckan.

(e) Dylenteria maligna, dum per alvum fæces sangvinolentæ, ramenta intestinorum, sincerus deinde cruor, & tandem materia purulenta excernuntur, cum anxietate, virium diminutione, sævissimis intestinorum torminibus, febre & contagio.

(f) Pleuritis vera sc., cum inflammatione pleuræ, febre, ejusque sympto-

ptomatibus, quæ in pleuritiâ notha non comparent. In principio & incremento morbi prodest hoc antiphlogisticum; non v. in declinatione, quæ non acida, sed expectorationem promoventia postulat.

(g) Ephemera, Tertiana, Quartana, & remittentes continuæ, de quibus alio loco disquirendum.

(b) Tum ratione convulsionum, stimulationem intestini sequentium; ( *sy sådana Convulsioner kan stillas med Edel Bezoartindur* ) tum febris, sive intermittentes, sive continuæ, maligni interdum moris, quæ febres in hoc calu torminales dicuntur, Marggr. Prax. m. t. 11. & 13. Hinc Autor: *Sårdeles dår den med någon malignitet är invistad.*

§. 7.

**L**iquor Cornu Cervi Succinatus (a)  
 eller Hiortborn spiritus med Bårn-  
 sten / gör kraftigare sin värkan än  
 spiritus cornu Cervi: är god i Hiertes-  
 språng (b) / och alla Hiärnans sjuk-  
 domar (c) / i det han styrcker hiertat  
 och



och Hiernan (d) / præserverar för slag  
 och fläsk (e) : Särdeles för barn / e-  
 huru spåda de och wara kunna / uti  
 måst allas deras tilfällen (f). Äfwen  
 för gammalt felet uti fallande So-  
 ten (g) / Slag (h) / Borttagenhet (i) /  
 Bestwimmelse (k) / Swindel (l) / och i  
 allahanda lebrer. Där hiertat angri-  
 pes / är detta som ingen hetta för-  
 orsakar / mycket säkert.

(a) Nobilissimi hujus medicamenti  
 inventionem Johanni Michaelis, cum  
 inter ejus polycrеста reperiatur, ad-  
 scribunt autores. Paratur hicc liquor  
 a spiritu Cornu Cervi, & sale volatis-  
 si succini, de quo §. 15. qui, facta  
 mixtione, primum effervescent, & de-  
 inde, intimiori particularum conjun-  
 ctione instituta, abeunt in sal Fixum,  
 ut subtile & penetrans, ita fluida re-  
 ficiens, agitans & resolvens, ac soli-  
 dorum motum oscillatorium excitans  
 & conservans: Unde est, quod tot,  
 tantisque morbis profligandis interviat,  
 & tot encomiis ornatur. Modum quo,  
 hoc liquore utendum his, tradit  
 Autor: Fullmåttet solt tager denne ian/ iscån 12.  
 til 20. azo, Dropper/ uti Whju/ destillerat wærn/

eller någon spiritus. Men små barn ifrån 3. till 5. 7. a 9. i Annans midla/ eller annan b. qväm-  
lig måttfa.

(b) Levior Epilepsiæ gradus, qui in-  
fantibus præprimis & tenerrimæ con-  
stitutionis mulieribus accidere solet.

(c) Vid. §. 4. e.

(d) Vid. Cordialia §. 1.

(e) Agitando fluida, & resolvendo  
eorum lentorem, ne in cerebro &  
glandulis obstructions oriantur, quæ  
apoplexiam & Catarahum produ-  
cunt. Bel. de morb. Capitis.

(f) v. g. Vomitiones. tussis, vigilie,  
pavores, convulsiones, febres, Hipp.  
§. 24. l. 3. Huc spectant etiam Va-  
riolæ & morbilli.

(g) Epilepsia, de qua §. 17. agendum

(h) Apoplexia est subita ablatio sen-  
sum interiorum, Exteriorum, & mo-  
tum voluntariorum, remanentibus  
pulsu, respiratione difficili, & iis, quæ  
inde pendent, functionibus. Causæ hu-  
jus mali variæ. Si vitio liquidorum,  
influxum impredientium, contingit, o-  
ptime prodest hic liquor. En! monitum  
auctoris in hoc casu: Sættesett starkt Clystir,  
ros-pulver blåses i nōsan: ådren låres på armens  
Gifves Ballam vita 8. a 12. droppar i slagvann

och Continueras sedan hwar tima med liquor C. C. succinatus til det den siuka kommer sig fbre. Sedan gifwes bland annat Liq. C. C. succinatus 7. gångor om dagen. &c.

(i) *Paralyfis*, seu *immobilitas musculi vitio liquidi*. Hujus morbi mentionem faciet, § 20.

(k) *Animi deliquium*, dum præcedente anxietate, vertigine, pallore, sudore frigido circa frontem, pulsus tere aboletur, ita quidem, ut in *Lipotbymia*, sensus adhuc constant, in *Syncope* vero, illi pereant, remanente pulsu debili, qui in *Aplyxia* præteritus amittitur. Si hoc malum, variis causis natales debens, a defectu, seu motu interrupto liquidorum accidit, singularem hic liquor præstat usum. Eliest det och i detta tilfälle, Liquor C. C. succinatus bebländad med Confect: Aikeres mes, uti Carfunkel - Stag - eller Canel - watten gånstet god och nytlig. Quod ad acidulas plus quam millies expertus fui.

(l) *Vertigo tenebricosa & Caduca: Consequens*, a stomachi & hypochondriorum vitis, seu *Essentialis*, a Cerebri, vasorumque ejus mala constitutione oritur. Hanc, non vero illam, curat Liquor noster. Uti swindel äro Tinctura succini och liquor C. C. succinatus tienlige dageligen at utaga.

**T**heriaca Andromachi (a) eller Venetiska Ubrekelle/ är nogsamr bekant/ emot gift och giftige (b) sjukdomar: kan och gifwas gammalt solet för Magewärt (c) / Coica d) / Bröst-suka (e) / och tienar i allhandu passioner som af kalla wärstor (f) förorsakad: är och för Moder - passion tienslig (g).

(a) Theriaca, ἀπὸ τῆς Ἰατρῆς, quod viperam significat dicta, quæ natales Andromacho Neronis Medico debet, est compositum aromatico . opiatum: cum Confectioni ipsius, admodum molestæ & accuratæ, quam Pharmacop. Holm. & Pharm. Augustana p. 400. exhibent, aromata selectissima, opium, & Alexiphormaca interviant. De Opio videatur §. 35. Aromatum v. efficacia, a late plus minus volatili, oleoso, acido, alkalino, l. enixo, incidente, resolvente, stimulante, agitante & expellente, dependet. Hinc liquida agitando, sudores fortiter movendo, & fluxum liquidi nervosi sistendo agit, assumta in liquore

re calido, l. aqua destillata, från halft til  
2. Quintia. Principis agendi & opera-  
tione in corpore humano, a Mithrida-  
tio, Orvitano, Theriaca diatessaron,  
Cœlesti, & dialcordio Fracastorii dif-  
fert hæc, in unaquaque drachma Opii  
gran. 2. Continens.

(b) Medicamenta, quæ venenum, &  
mialma contagiosum febrile & pesti-  
lentielle, infringunt, castrant, concen-  
trant & evacuant, Alexipharmaca, Be-  
zoartica, Antidota & Toxicia a Me-  
dicis dicuntur, & vel *Communia* sunt,  
l. *Angularia*. Hæc, hujus l. illius Veneni-  
vim corrigunt, Joh. Mich. Prax. Med.  
pag. 340. Illa autem quorum in nume-  
rum Electuaria Dialcordii & Theriaca  
referuntur, fervorem omnium fere ve-  
nencrum temperant. Vest. Instit. p. 176.

(c) Quia virtute sue aromatica, cru-  
ditatem viscidam, in ventriculis eorum,  
qui provecitæ sunt ætatis, nidulantem,  
ac inappetentiam, distentiones & dolo-  
res excitantem ( Nenter. p. 251. ) resol-  
vit & dissipat. Hinc Theriac tæget uti  
warmt wijn / är godt för en gammal / kall och  
swag mage.

(d) Co.

(d) *Colica*, præprimis *Convulsiva* & *flatulenta*, in quibus utrumque paginam implet Theriaca: Quippe vi anodyna sedat convulsiones, vid. lit. f. & beneficio aromatum flatus discutit & carminativa est. §. 27.

(e) Ab *aeridine* oriunda *tussis* & *convulsiva*. Causas enim temperat & symptomata mitigat. Hinc: om det är torrhosta/ är Theriac gode/ om qvällen inträffar. Item 3 Fluss- febrt brukas Theriac snart i begynnelsen; eller det som bättre är *Diascordium*.

(f) *Morbi leil.* qui a viscido, pituita & acido propullulant, e. g. *Anorexia*, *Ructus*, *Cardialgia*, *singultus*, *leucopneumatis*, &c. Om *magen* är kalladrig/ stillas *Durchlopp* med *Venediskt Theriac*: hwilet och är gode uti *Convulsioner* och *krampen*. In *Vomitiv*, *Diarrhoea*, *Hyper-Catharsi* (när man *Vomerat*, eller *Purgerat* för starkt) *Cholera*, *Dysenteria*, & aliis, *euporiston* omnino est *remedium*, in *vino*, l. *calida Cerevisia* assumtum. *Walæus de Method: Med.*

(g) *Passio Hysterica*, quum convulsiones mitigando curat, vid. §. 28. *Theriaca*, *Ventriculo externe* inuncta, hyper-

percatarrhin, vomitum, fluxiones, &  
tormina sistit: Amissam Loquelam,  
dum lingua & palatum hac fricantur,  
restituit: Dolores varios, immo poda-  
gricos (circa quos, propter Theriacæ  
repellendi vim, prudentia opus est )  
cum in modum Emplastri usurpatur,  
mitigat. Plura de hac, tradit  
Pharm: August: Clasi: 14.



להאדון בענה מעשה  
מאוד הנכבד ויקר הזה

לוחקן רוס מודע הרוד  
אני את שלום שלם רב מאוד

או אנשי תושבי חכמה עמו  
והפצי רצו את המשיח מודע

אשר הפץ הענות ביקר מעשה  
ואורכנוס היוארנו לאיש נער קשה  
לכל תופה לפצות קופת הרוכלים  
ומת ארצר בלום לקופת בשמים  
ומסר טוב לכל תלמידיו פורה פרו  
יהי על זאת לברכה לעולם שמו  
שלם פעלו בארץ יהודה  
וירשוב עקב בושיבה של מעלה

ἐκ καρδίας ἐιδικρινέως  
ISRAEL PELDAN,  
Leib. Seb. Cathedr.